

3. Quare Deo certissimam  
Non sanctitate privâ,

Cordis mei fiduciam

Fide locabo vivâ:

Nam vera fert solamina

Conterritis vox cœlica,

Quâ fretus acquiesco.

4. De nocte quamvis in diem

Medela differatur;

Moræ tamen non ob vicem

Transversa mens agatur:

Sic sperat Israel pius,

Renatus aurâ Spiritus.

Fidens Deo potenti.

5. Sit magna culpa; major est

Dei favor benigni:

Illi manus sanans adest

Pus ulceris maligni:

Nam solus est pastor bonus

Israëlis, à quo grex pius

Noxa levatur omni.

*Alia Joh. Trostii.*

**I***t clamor ex angustia,*

*Audi, Deus, quærelas,*

*Aures tuas accommoda,*

*Voci meæ benignas.*

*Si vis enim perpendere,*

*Quod perpetramus impie,*

*Quis temet ante stabit?*

2. *Mirâ remittis Gratiâ*

*Nobis iniquitates*

*Et displicent tibi bona,*

*Si nostra facta spectes,*

*Factare nostrum non probas,*

*Tui timorem postulas,*

*Te vivimus juvante.*

3. *Hinc*